Præs. Ausim, is it. Pl. Ausint.

XVI. Quæso ich bitte. Pl. Quæsumus wir bitten.

XVII. Forem ich were, es, et.

Pl. Forent. Infinitiv. Fore. XVIII. Ovat Er freuet sich. Part. Ovans.

XIX. In

XIX. Infit. Er.	Conj. Præfens.	Ich werde thun.
sagt/sähēt an.	Faxim, is, &c.	
XX. Faxim Ich	Fatur.	XXI. Cedo sagt/
thue.	Faxo, is, it, &c.	reiche her.

DE VERBIS IMPERSONALIBUS.

Die Verba Impersonalia sind zweierlei. Etliche Activæ, etliche Passivæ vocis.

Impersonalia Activa enden sich in T, als decet es geziemet/oportet es muß.

Impersonalia Passiva enden sich in TUR, als amatur man liebet.

Carent Imperativo, in cæteris Modis & Temporibus imitantur personalia, sed tantum in tertiâ personâ singulari.

DE PARTICULIS.

Die Particulæ Indeclinabiles seyn vielerley.

I. PRÆPOSITIONES.

Die müssen vor allen Dingen wohl in acht genommen werden.

1. Diese nehmen zu sich einen Accusativum.

Ad zu.	Extra außershalb	Præter vorüber
Apud bey.	Inter zwischen.	prope bei nahe.
Ante vor.	Intra innerhalb.	Propter um wegen.
Adversus wider.	Infra drunten.	Secundum um/bey/ nahe.
Cis, citra, dis-seits.	Juxta bey.	Supra auff/ über.
Circum, circa, circiter umher.	per durch.	Trans überhlt.
Contra wider.	Ob um.	Versus gegen.
Erga gegen.	Penes bey.	Ultra jenseits.
	Pone hinder bei.	
	post nach.	

2. Die

2. Diese nehmen zu sich einen Ablativum.

A, ab, abs, von.	Cum mit.	Pro für.
Absque ohne.	De von.	Palam öffentlich.
Clam heimlich.	E, ex aus.	Sine ohne.
Coram vor.	Præ, für/vor.	Tenus bis.

3. Diese haben bisweilen einen Accusativum, bisweilen einen Ablativum:

In in. Sub, Subter unter. Super drauff.

II.
ADVERBIA.

1. Loci.	Usquequaq; & Allenthal-
* Ubi? Wo.	Undique } ben.
Hic Hier.	Undiq; versum Auf allen
Illic Dort.	Seiten.
Isthic } Daselbst.	Pasim Hin und her.
Ibi } Daselbst.	Sparim Hin und wieder.
Ibidem } Daselbst.	Intus Drinnen.
ibi } Daselbst.	Foris Draussen.
Alibi Anderswo.	Usquam } Irgends.
Ubique Uberall.	Uspiam } Irgends.
Alicubi Etwa wo.	Nusquam } Nirgends.
Sicubi So etwa.	Nusquam } Nirgends.
Necubi Das nicht / ir-	Peregrè Uber Feld.!
gends wo.	Longè Weit/fern.
Ubiubi } wo es wolle.	Infra Drunten.
Ubicunq; } wo es wolle.	Suprà Droben.
Ubilibet } wo es wolle.	Præstò Zugegen.
Ubivis } wo es wolle.	Juxtim Bei/neben.
Utrobique } Auf beyden	Exadversum Gegen ü-
Utrinque } Seiten.	ber.
Utrinsecus } wo es wolle.	



* Unde Woher?

Bon wannen?

Hinc Bon himmen.

Isthinc Daselbst her.

Illinc Bon dort her.

Inde Bon dannen.

Indidem Bon dem Ort.
her.

Aliundè Anders woher.

Alicundè Etwa her.

Sicundè So etwa her.

Necundè Nicht etwa wo-
her.

Undique, Undelibet, Un-
decunq̄ue, Undequa-
que Allenthalben her.

Utrinque Auff beyde Sei-
ten her.

Eminus Bon fern.

Cominus Bon nahen.

Intrinfecus Bon inner-
halb.

Forinfecus Bon auſſer-
halb.

Extrinfecus Bon auſſen.

Atrinsecus Bon der an-
dern Seiten her.

Funditus, Radicitus,
Stirpitus Bon Grund
aus.

Coelitus Bon Himmel.

Divinitus Bon Gott.

54.

Antiquitus Bon Alters
her.

Infernè Bon unten auff.

Supernè, Desuper Bon o-
ben rab.

Peregrè Bon weiten her
aus frembden Landen.

Quà? Bodurch.

Hac Hie durch.

Ilac Dorthin durch.

Isthac Daselbst durch.

Aliqua Etwa durch.

Quacunque, Quaque,
Qualibet, Wo er durch
will.

Nequà Nirgends durch.

Siqua So etwa durch.

Recta Richtiges Wegs.

Eadem Eben dadurch.

Quò? Wohin?

Huc Hieher.

Istuc, Istò Daselbst hin.

Illuc Dorthin.

Eodem Eben dahin.

Quò Anders wohin.

Quò Etwa wohin.

Nequo Daß nicht etwa
wohin.

Neutrò An kein Ort.

Utròq; Auf beyde Dertter.

Quocunque, Quoquò

Quovis Wohin man wil.

Quo-

Quopiam, Quoquam Et wa hin.	Sursum Hinauffwärts.
Usquam Jrgends wohin	Sursum versus.
Nusquam Nirgends wo- hin.	Deorsum Herunter- wärts.
Intrò Hinein.	Deorsum versus.
Foras Hinaus.	Seorsum Weissets.
Peregrè Fern weg.	Pessum versus Unter sich.
Longè Weit weg.	Quoquo versus Wohin man wil.
Utro Citroque Hin und her.	
Usque Bisß.	2. Temporis.
* Quorsum? Wohin- wärts? wo hinaus.	* Quando? Wenn?
Horsum Hieher werts.	* Quamdiu? Wie lang.
Istorsum, Ilorsum-An- ders werts.	Hodiè Heut.
Aliorsum Anders wohin.	Nunc Nun.
Dextorsum Zur rechten/ Hode.	Jam Jekund.
Sinistrorsum, Lævorsum Zur linken / Wisste / Schwode.	Modò Nur ick.
Introrsum Einwärts.	Adhuc Noch.
Extorsum Herans- wärts.	Impresentiarum Vor disimahl.
Retrorsum Zurück.	Heri Gestern.
Rursum Wieder zurück.	Dudum Lang / neu- lich.
Prorsum Vor sich hin/ richtig/gerad.	Jamdudum Schon lang.
Antrorsum Vor sich hin.	Jamdum Albereit.
	Pridem Vorlangst.
	Jam pridem Schon vor- langst.
	Antè } Zuvor.
	Antea }

Modo	} Neulich.	Olim	} Mit der Zeit / der maleins.
Nuper		Aliquando	
Noviter		Quondam	
Novissime	Zum letzten.	Usque quò	Bis dorthin.
Ante hac	Vor diesem	Semper	Allezeit.
Ab hinc	Von hier an / ist Vergangen.	Perpetuò	Stets.
Adhuc	Bishero.	Usq; quò	So lang / bis.
Hactenus	Bis hieher.	Aeternum	} Ewig / stets.
Pridiè	Den Tag zuvor.	Aetatem.	
Postridiè	Des andern Tages.	Diu lang.	
Nudius tertius	Vor drey- en Tagen.	Jam diu	Lange Zeit / bisher.
Nudius quartus	Vor vier Tagen.	Aliquantisper	} Eine Zeitlang
Olim	} Vorzeiten.	Aliquandiu	
Quondam		Paulisper	Eine kleine Zeit.
Usque Bishero.		Modicum	} Über ein kleines.
Cras Morgen.		Pusillum	
Perendiè	Übermorgen.	Aliquando	} Bisweilen.
Mox Als bald.		Interdum	
Brevi In kurzem.		Subindè	Je zu hand.
Paulò ante	Ein wenig zu- vor.	Quoad	so lang.
Paulò post	Bald hernach.	Unquam	Jemals.
Deinceps	} Darnach.	Nunquam	Niemals.
Deindè			Antequam
De hinc	Nunforthin.	Confestim	Alsobald / be- hend.
Postea	Hernach.	Protinus	Alsobald / her- nach / für und für.
Posthac	Forthin.	Continuò	Stets an ein- ander.

Extrem-



Extemplo	} Alsobald / ei-	Aliquoties	Etlich mal.
Illico	londs / ge-	Toties	So oft.
Statim	} Ichwind.	Multoties	Vielmal.
Actutum		Sæpè	Oft.
Citò	} Plöcklich.	Denuò	Von neuen/wie-
Repente		derum.	
Subito		} Schnell.	Rursum
Rarò	Selten.	4. <i>Quantitatis.</i>	
Manè	Frühe.	Quantum?	Wie viel?
Vesperì	Abends.	Multum	Viel.
Serò	Spat.	Parum	Wenig.
Noctu	Bei Nacht.	Aliquantum	Ein wenig.
Interdiu	Bei Tage.	Modicum	} Ein wenig.
Quotannis	Jährlichen.	Puillum	
Opportune	} Zu rechter	Nimum	Gar zu viel.
Tempestive		Zeit.	Minimum
Tempori		Plurimum	Sehr viel.
Commodu		Affatim	Überflüßig / ge-
Cum	} Wenn.	nugsam.	
Quando			Largiter
Siquando	So etwa.	Valde	} Sehr.
Quandoq;	Bisweilen.	Nimis	
Tum	Als denn.	Satis	Genug.
Tunc	Dazumal.	Longè	Lang.
Modò	Jet / bisweilen.	Latè	Breit.
Donec	Bis / so lang.	Breviter	Kurz.
3. <i>Numeri.</i>		Prolixè	Weitläuffig.
* Quoties?	Wie oft?	Profundè	Tieff.
Semel	Einmal.	Crassè	Dick.
Bis	Zweymal.		

Altè Hoch.
Finite Endlich.
Infinite Unendlich.
s. Qualitatis.
Quomodo? Wie? welcher
Gestalt?
Ita, Sic Also.
Aliter, Secus Anders.
Pulchrè Schön.
Speciosè Scheinbar.
Affabrè Artig.
Doctè Gelehrt.
Fortiter Beherkt
Viriliter Männlich.
Benè Wohl.
Malè Bößlich.
Facile Leichtlich.
Difficile Schwerlich.
Libenter Gern.
Invitè Ungern.
Diligenter Fleißig.
Exquisite Fleißig.
Negligenter Unfleißig
nachlässig.
Audacter Kühnlich.
Candidè Auffrichtig.
Verè Wahr.
Rectè, Ritè Recht.
Scitè Weißlich.
Certè Gewiß.
Celeriter Geschwind.
Nefariè Schändlich.

58.

Properanter, Festinanter
Eilends.
Raptim Flugs/ in eil.
Coràm Mündlich.
Clàm Heimlich.
Perperàm Unrecht.
Palàm Oeffentlich.
Clanculum Heimlich.
Evidèter Angenscheinlich.
Omninò Gänzlich.
Strictim Kurz.
Punctim Mit stechen.
Cæsim Mit hauen.
Furtim Heimlich/verstoht
len.
Tractim Lang/ nach der
Länge.
Calidè Warm.
Frigidè Kalt.
Alternatim , | Invicem,
Eins umbs ander/ hin
und wieder.
Vicissim Wiederum.
Mutuò Untereinander.
Qualiter Gleichwie.
Taliter Also.
Qualitercunq̃ue Wie es
fan.
Qualiter qualiter So hin/
so und so.
Utcunq̃ue Wie es wollet/
etlicher massen.

6. Simi

6. *Similitudinis.*

Quasi, Ceu, Ut, Uti, Sicut,
Sicuti, Velut, Veluti, Quē-
admodum.

Tanquam Gleich wie.

Ita, Sic Also/ebener massen.

Prout, Proinde, acsi.
Gleich als wie.

Propè Fast.

Propemodùm Fast/schier/
bald/so gar.

Æquè Gleich so/eben so.

Item, Itidem Desigleichen/
also auch.

Præter propter Drüber o-
der drunter.

7. *Itendendi.*

Valdè admodùm, Per-
quàm, Oppidò. Sehr.

Nimum gar sehr.

Prorsus, Omnino, Penitus
Gänzlich.

Adeò, Usqueadeò So
sehr/so groß.

perpulchrè Sehr
schön.

Tam, Ita, Sic So
sehr,

Quàm Wie sehr.

Magnoperè, Maximope-
rè. Summoperè Gar sehr.

Tantoperè So sehr.

Impensè Sehr häff-
tig.

Apprimè Fürnehm-
lich.

Obnixè Hefftig.

Jugiter Ohn Unter-
laß.

Accuratè Genau.

Impendiò Sehr viel.

8. *Remittendi.*

Sensim Mehlig.

Paulatim Allgemach.

Pededentim Fuß für
Fuß.

Ægrè Schwerlich.

Vix Raum.

Ferè, Fermè, penè, Fast
schier.

Aliquantum Ertlicher
massen.

Paulùm

Paulò

Pauxillum

Parumper.

Ein wenig.

Lon-

Longiusculè Etwas weiter.

Meliusculè Etwas besser.

Sæpiusculè Etwas öfter

Bellè Hübsch/fein.

Tantum non } Nur

Modò non } nicht

9. Minuendi.

Saltèm, Minimum Ac.

Certè, Vel. Zum wenigsten doch.

10. Comparandi.

Magis Mehr.

Minus Weniger.

Tàm So wohl.

Quàm Als.

Præcipue } Sürnehmlich

Præsertim } Sürnehmlich

Imprimis } Sürnehmlich

Æquè ac eben also.

Eò, Tantò So sehr.

Quò, Quantò Wie sehr.

Optimè Sehr wohl.

Pessimè Sehr übel.

Minimè Zum wenigsten

Plurimum Am meisten.

11. Elevandi.

Scilicet } Ja freylich

Videlicet } Hinter sich

Nimirum } Hinter sich

Susq; deq; Oben hin.

12. Dubitandi.

Forfan, Forsitan, Fortassis, Eortasse. Vielleicht.

Fortè Ohn gefehr.

Nisi fortè Es sey denn.

(utrum, an, num, nec, ne)

13. Interrogandi.

Num? Numquid?

An? Utrum? Ob.

(ne, nam) Nonne?

Quisnam?

Cur? Quare? } Warum?

Quamobrem? } Weshalb?

Quapropter? } Halben.

Quid ita? Wie so?

Quid ni? Cur non? warum nicht?

Qui? quomodo? qualiter?

Welchem Gestalt?

Quoties: Wie oft?

Quantum? quàm? quantum?

roperè? Wie sehr?

Quousque? Wie weit.

Wie lang?

14. Affirmandi.

Ita, etiam, Sic, Imò,

Ja/also.

Næ, Certè, Profectò, Sürwar/gewiß.

Verè Warlich.

Reverà In der Warheit/

Reapsè In der That.

Scili-

Scilicet

Videlicet

Quippe

Nempe

Nimirum

Maximè

Sanè Traun/ja.

Omninò Gänzlich.

Quidem } Zwar/

Equidem. } warlich.

15. Negandi.

Haud, non. Nicht.

Nequè Auch nicht.

Nequaquam

Haudquaquam

Nullatenus

Minimè

Neutiquam

Nihil, (non) Nichts.

16. Demonstrandi.

En Siehe.

Ecce Stehe da.

17. Jurandi.

Næ, profectò, Verè, A-
men, Warlich.

Certissimè Gewißlich.

*Der Heyden Schwüre.

Pol, Adepol, Aecastor,

Hercule, Hercle, Mehercle,
Mehercles, Mecastor, Me-
Dius Fidius. Fürwar/
warlich.

18. Hortandi.

Agite, } Wohl an.

Age } Wohl auff.

Agedum, Agitedum Nun
wohl.

Amabò Lieber.

Sis, Sodes Et lieber.

Eja, Quin Eia/doch.

19. Optandi.

Ut, utinam, O, Si, Osi,

Wolte Gott/ach daß/
ô daß.

20. Concedendi.

Sanè, Sane quidem Es
mag seyn.Habeat sanè Er mag ha-
ben.Illicet Ja du magst ge-
hen.

21. Prohibendi.

Ne Nicht.

Nequaquam, Minimè.

Mit nichten,

22. Restringsendi.

Eatenus, quâ, quatenus,
quoad So fern/was
anlanget.

23. Cor.

23. *Corrigendi.*

Imò, Quinimò, Veriùs,
Ja/doch.

Potiùs, Magis **Vieltmehr.**

24. *Excludendi.*

Solùm, Tantùm, Modò,
Duntaxat **Nur allein son-**
derlich.

Saltem **Doch zum wenig-**
sten.

Unicè **Einig und allein.**
Præcise **Genau.**

25. *Separandi.*

Seorsim **Besonders.**

Separatim **Abgesondert.**

Privatim **In geheim.**

Secretò **Besonders.**

Divisim **Abgetheilet.**

Singulatim **Einkeln.**

Bipartito **In zwey Theil.**

Bifariam **Auff zweyerley**

Trifariam. **(Weise.**

Quadrifariam.

Multifariam.

Omnifariam.

Simpliciter **Schlecht.**

Dupliciter **Zweyfach.**

Tripliciter **Dreyfach.**

Multipliciter **Vielfältig.**

Ostiatim **Von Thür zu**

Thür

Viritim **Von Mann zu**
Mann.

26. *Congregandi.*

Simul, Unà Pariter. **Zu-**
gleich.

Summatim **In einer**
Summ.

Gregatim **Häuffig.**

27. *Ordinis.*

Primò **Zum ersten. &c.**

Postremò **Endlich.**

Ultimò. **Zu letzt.**

Deinde, Deinceps. **Dar-**
nach.

Anteà **Zuvor.**

Posteà **Hernach.**

Prætereà **Über daß/darzu.**

28. *Eventus.*

Fortè, Fortuitò, Casu **ohne**
gesehr.

Fortè, fortuna **Zu gutem**
Glück.

Frustra, invanum, Incas-
sum **Bergeblich.**

Exactè **Genau/sehr wohl/**
fertig.

Ad amissim **Nach der**
Nichtschnur.

Etliche **Adverbia werden**
auch compariret.

Sapè, *sepius* *sepiissime.*

Div.

Diu, diutius, diutissime.
 Prope, propius, proximè.
 Bene, melius, optimè.
 Male, pejus, pessimè.
 Parum, minus, minimè.
 Nuper, nuperius, nuperissime.
 Fortiter, fortius, fortissime.
 Penitus, penitius, penitissime.
 Serio, serius --
 Secus, secius --
 Satis, satius --
 Tempori, temporius.
 Magis, maxime --
 Ocyus, ocysime --

III.

CONJUNCTIONES.

1. Copulative.

Et, Que, Ac, Und.
 Quoque, atque, etiam a-
 deo. Auch.
 Cum, tum, Beides nicht
 allein/sondern auch.
 Item, Itemque Derglei-
 chen.
 Quin etiam Über das.
 Sed & Sondern auch.

Ne Nicht.

Neve Auch nichte.

Neu, Neve Oder nichte.

2. Disjunctivæ.

Aut, vel ve. Oder ent-
weder.Seu, Seu, Sive, Sive. O-
der.

Sed Sondern.

3 Electivæ.

Quam, ac, atque. Als
wie.

4. Adversativæ.

At, sed, autem, verum, ve-
rò, Aber.

Atque atqui. Aber doch.

Tamen Doch.

Attamen, Veruntamen,
verum enim verò. Aber
doch/ iedochInterea, Interim. Unter
des.

Nedum Geschweige.

5. Concessivæ.

Etsi Biewohl.

Etiamsi Obgleich.

Tametsi, quamvis, licet,
ut. Ob wohl/ ob-

schon.

Quanquam Biewohl.

Quidem

Quidem, Equidem Zwar.

Sane, sit sane Es mag
fenn.

Saltem Doch zum wenig-
sten.

6. *Conditionales.*

Si So.

Sin So aber.

Ni, Nisi Wo nicht.

Siquidem, Modò Nur.

Dum, Dummodò So
nur.

Quod si So aber.

Quoad, quatenùs so fern.

Alioqui, Cæteroqui, A-
liàs Sonsten.

7. *Exceptivæ.*

Nisi Ohne nur.

Præterquam, Extraquam
Ausgenommen.

8. *Explanativæ.*

Seu, Sive, Vel, Oder.

Scilicet

Videlicet

Nempe

Nimirum

Quippe

Ut, puta

Utpote,

} Als / als
nehmlich.

9. *Causales.*

Nam, Namq;, Enim. Ete-
nim, Enimverò, Quippe.

Denn.

Siquidem Sintemal.

Quia, quoniam, Cùm,

Quòd, quandoquidem,

Diweil.

Ut, Quò, Quin Auff das.

damit.

Propterea, Ideò Darum.

10. *Conclusivæ.*

Ergò, Igitur, Ideò, Idcir-
cò, Quocirca, Quapro-

pter, Proinde, Itaq; Der-

halben/ derentwegen.

Quare, Utique, Quamob-

rem. Darum.

11. *Ordinis.*

Insuper, Cæterum, Uber
das.

Item Also auch/ derglei-
chen.

Tùm Darnach.

Prætereà Uber das.

Porro Weiter.

Adhoc, Adhac Darzu.

12. *Completivæ.*

Nam, Ne, Ergò, Igitur,

Qvisnam adest? Wer ist

da/ro.

IN

IV.
INTERJECTIONES.

1. *Admirantis.*

Papæ! Ey sich da! wie seltsam.

Vah. Aha! behüte Gott.
Hui. Hem. Wanne! pok.

2. *Laudantis.*

Euge. Eja. Ei so so! wohl-
an/recht das ist wacker.
Macte. Tapffers.

3. *Dolentis.*

Væ. Wehe.

Ah. Ach/ô.

{ Heu, Hei, Heu. Ei / Ei
{ ach leider/ ô Zeter.

Au. Au/auwe.

Proh. Ach/ô weh.

4. *Gaudentis.*

{ Evax. Jò, Hò, Evohe,
{ Zuch/Ei/lustig.

5. *Vocantis.*

{ O, Heus. Ehò. Ehodum.
{ O holla/ hörest du/
{ horche her.

6. *Respondentis.*

Hem! Was? Ja Ja
Ehem. Ha? Was da.

7. *Irridentis.*

Ha ha he. Ha ha he.

{ Hui, Vah, Hem, Eja.
{ Ei jarecht.

8. *Minantis.*

Væ. Weh.

9. *Metuentis.*

Atat. Ei/ ei/ô wehe.

10. *Blandientis.*

Sis, Sodes. Steber doch.

Eia. Ei lieber.

Amabo. Steber.

ii. *In crepantis.*

Apage. Packer dich.

Phy. Hypfui dich.

St! St! still.

Bat. Pa! hals Maul

Pax. Gnug/Fried.



GRAMMATICA LATI- NA COMPENDIOSIS- SIMA.

1. Grammatica est ars bene loquendi & scribendi.
2. Partes Grammaticæ duæ sunt. Etymologia & Syntaxis

PARS I. DE ETYMOLOGIA

3. Etymologia considerat singulas voces.
(*Dictionis seu partes orationis.*)
4. Voces sunt Declinabiles aut Indeclinabiles.
5. Declinabiles Voces sunt: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium.
6. Indeclinabiles sunt: Præpositio, Adverbium, Con-
junctio, Interjectio.
(*vocantur alias particulae*)
7. Voces sunt. I. Primitivæ aut Derivativæ.
8. Vox primitiva est, quæ non aliundè oritur. *Bonus.*
9. Derivativa, quæ aliundè oritur. *Bonitas,*
II. Simples aut compositæ.
10. Vox simplex est, quæ non potest resolvi in duas
vel plures voces. *Doctus.*
11. Composita, quæ potest resolvi in duas, vel plures
voces: *Indoctus.*
12. Genera (*Nom. Pron. & Part.*) sunt quinque: Ma-
sculinum, Fœmininum, Neutrum Commu-
ne, & Omne. *V. Donat.*
13. Numeri duo sunt, Singularis, qui unum significat,
& pluralis, qui plura significat,

14. Per-

14. Personæ sunt tres. *Prima, Secunda, Tertia,*
Prima, quæ loquitur. Ego, nos lego. legimus.
Secunda, ad quam loquimur. Tu, Vos, legis, &c.
Tertia, de qua loquimur. Iste, Ille legit, legunt.

DE NOMINE.

15. Nomen est vox, (*declinabilis*) quæ significat rem,
 non agere aliquid aut pati.
Cognoscitur ex vocibus: Cin/der/die/das.
16. Nomen est triplex. Substantivum, Adjectivum
 & Proprium.
17. Substantivum est, cui non potest addi Germani-
 cè: Mann/ Weib/ Ding. Mensa.
18. Adjectivum est, cui addi potest Germanicè: Mann/
 Weib/ Ding. Bonus, a, um.
 (*Estque Nominale, Pronominale Participiale.*)
19. Proprium est, quod de una re tantum dicitur.
 ut: Roma, Petrus. V. Donatum
20. Adjectiva pleraque moventur & comparantur.
21. Motio est variatio Adjectivi per Genera, Ut Doctus,
 a, um.
22. Moventur etiam quedam Substantiva à Mascul. in
 Fœmininum, ut: Dominus, Domina.
23. Comparatio est variatio Adjectivi per gradus.

Doctus, ior, issimus.

Docta, ior, issimâ.

Doctum, ius, issimum.

Pulcer, pulcrior, erri-
mus.

Pulcra, ior, errimâ.

Pulcrum, ius, errimum.

24. Gradus Comparationis tres sunt: *Positivus, Comparativus & Superlativus.*
25. Positivus est prima vox *Adjectivi*, rem simpliciter significans. *Doctus, Gelehrter.*
26. Comparativus est, qui supra significationem positivi *Magis* significat. *Doctior, noch gelehrter.*
27. Superlativus est, qui supra significationem positivi *valde seu maxime* significat. *Doctissimus, sehr gelehrt/der aller Gelehrteste.*
28. Comparativus & Superlativus formantur à casu positivi in I. *docti, doctior, doctissimus.*
29. Desinentia in ER faciunt Superlativum à Nominativo addito *Rimus pulcer, rimus.*
30. Quædam *Adjectiva* comparantur irregulariter:
- | | | |
|-----------------|------------------|--------------------------------|
| <i>Bonitas</i> | <i>Melior</i> | <i>Optimus.</i> |
| <i>Malus</i> | <i>Pejor</i> | <i>Pessimus.</i> |
| <i>Magnus</i> | <i>Major</i> | <i>Maximus</i> |
| <i>Parvus</i> | <i>Minor</i> | <i>Minimus</i> |
| <i>Multus</i> | <i>Plus</i> | <i>Plurimus.</i> |
| <i>Nequam</i> | <i>Nequior</i> | <i>Nequissimus.</i> |
| <i>Vetus</i> | <i>Veterior</i> | <i>Veterrimus.</i> |
| <i>Nuperus</i> | <i>Nuperior</i> | <i>Nuperrimus.</i> |
| <i>Posterus</i> | <i>Posterior</i> | <i>Postremus.</i> |
| <i>Superus</i> | <i>Superior</i> | <i>Supremus & summus.</i> |
| <i>Exterus</i> | <i>Exterior</i> | <i>Extremus & extimus.</i> |
| <i>Inferus</i> | <i>Inferior</i> | <i>Infimus & imus.</i> |
| <i>Agilis</i> | <i>Agilior</i> | <i>Agillimus.</i> |
- Sic etiam: Similis, Facilis, Gracilis, Humilis.*
- Maledictus Maledicentior Maledicentissimus.*
- Sis: Benevolus, Magnificus &c.*

DE PRONOMINE.

Pronomen est vox (*declinabilis*) quæ ponitur vice Nominis (*In repetenda aut demonstranda re, vide Donatum*)

33. Pronomina sunt Sextuplicia.

1. Demonstrativa. Ego, Tu, Hic, Iste, Ille, &c.
2. Relativa. Ille, Ipse, Is, qui.
3. Reciproca. Sui, suus.
4. Interrogativa. Quis, Qui, cuius, cujus.
5. Possessiva. Meus, tuus, suus, noster, vester.
6. Gentilia. Nostras, vestras.

34. Omnia ferè Pronomina sunt Adjectiva.

35. Pronomina carent Vocativo, præter, Tu, Meus, Noster, Nostras.

DE VERBO.

36. Verbum est vox (*declinabilis*) quæ significat agere aliquid aut pati.

Cognoscitur ex vocibus germanicis, Ich/du/er/ Wir/ih/ſie.

37. Verbum est Personale vel Impersonale.

38. Verbum Personale est, cui (*in modo finito*) Nominativus præponi potest. Ego lego.

39. Verbum Impersonale est, cui, (*in modo finito*) Nominativus præponi non potest. decet. Impersonalia tantum in 3. persona conjugantur. NB. De Verbo Derivato.

40. Verbum derivatum est quadruplex.

41. 1. Inchoativum, quod inchoationem significat: desinit in SCO. Labasco à Labo.

42. 2. Frequentativum, quod assiduitatem seu conatum significat: desinit in SO, TO, aut XO. viso a video. Clamito à clamo, nexo à necto.

43. 3. Desiderativum, quod desiderium significat: desinit in URIO, esurio, ab edo.

44. 4. Diminutivum, quod diminutionem sui primitivi significat: desinit in LO, cantillo, à canto.

Genera verborum sunt quatuor.

45. 1. Activum desinit in O & habet passivum in OR.

46. 2. Passivum desinit in OR, & habet Activum in O.

47. 3. Neutrum desinit in O, nec habet Passivum in OR.

48. 4. Deponens desinit in OR, nec habet Activum in O.

49. Conjugatio est variatio verbi secundum Modos, Tempora & Personas.

50. Verbum carens Præterito, caret etiam Supino.

Conjugationes vide in Donato.

DE PARTICIPIO.

51. Participium est vox (declinabilis) quæ significat rem cum tempore.

52. A Deponenti triplicia veniunt participia.

1. Præsens, ut Sequens.

2. Præteritum, Secutus.

3. Futurum, Secuturus, sequendus.

53. Omnia Participia Adjectiva sunt.

54. Participia quandoq; fiunt Nomina.

55. Quaedam participia etiam comparantur.

De Vocibus Indeclinabilibus,

seu Particulis.

DE PRÆPOSITIONE.

56. Præpositio est particula Indeclinabilis.

(quæ Verbo nomen adjungit.)

57. Præpositiones casu destitutæ fiunt Adverbia & cum accentu notantur, coràm, clam.

58. Pro-

58. *Præpositiones sunt separabiles (quas vide in Donato,)
vel inseparabiles.*

59. *Inseparabiles, quæ seperatam dictionem non con-
stituunt, sunt hæ:*

Di (dis) notat distributionem, dispono.

Re, rursum, retro. ut respicia, rescribo.

Se, separationem. ut sepono, segrego.

Am, (an, circum. ut amputo, ambulo.

Con, collectionem, cum, simul, connecto, compono.

DE ADVERBIO.

60. *Adverbium est particula Indeclinabilis, (Quæ
actionis aut passionis circumstantiam unâ voce
effert.)*

61. *Adverbia quædam comparantur. Sæpe, sæpius,
sæpissime.*

DE CONIUNCTIONE.

62. *Coniunctio est particula Indeclinabilis. (Quæ
dictiones & sententias coniungit)*

63. *Quoque, que, autem, verò, quidem, enim, in oratione
semper postponuntur.*

64. *Nam, quare, ac, at, ast, nec, si, quin, nisi, sin, siue,
verum, semper præponuntur.*

DE INTERIECTIONE.

65. *Interiectio est particula Indeclinabilis, (quæ animi
affectum significat.)*

66. *Loco Interiectionum ponuntur nonnunquam quæ-
dam Nomina & Verba: mirabile, malum, Dic,
quæso, obsecro, amabo, age, precor &c.
Particulas vide in Donato.*

PARS II. SYNTAXI.

67. *Syntaxis voces congruè conjungere docet. Estq; vel
Convenientia vel Rectio.*

De Syntaxi Convenientiæ.

68. *Syntaxis convenientia est, quando vox una cum al-
tera convenit (in certis accidentibus.)*

69. *Adjectivum & Substantivum ponuntur in eodem
Genere, Numero & Casu, ut: Bonus condus.
Amicus certus.*

70. *Adjectivum participiale inter duo Substantiva po-
situm concordat cum anteriori. Verbum est factum
caro; non facta.*

71. *Relativum Qui, quæ, quod, cum antecedente Sub-
stantivo, consentire debet Genere & Numero;
Non autem semper casu. Nam is sequenti Nomi-
ni, verbo, vel præpositioni respondet. Habeo tibi ho-
norem, quo dignus es.*

72. *Relativum Qui, quæ, quod, positum inter duo Sub-
stantiva diversorum generum, tam sequenti, quam
antecedenti rectè respondet.*

73. *Qualis, talis, tantus, quantus, quotus, genus, nu-
merum & casum mutuuntur à substantivis,
quibus proximè cohærent. Qualis Rex, talis
grex.*

74. *Sæpè duo vel plura Substantiva eodem casu abs-
que Conjunctione de eadem re dicuntur, Deus
Pater, Christus Dominus.*

75. *Nominativus præcedit Verbum personale fini-
tum simili numero & persona. Labor vincit
omnia.*

76. *Interdum Infinitivus, aut tota oratio, pronomina*

vivo ponitur. Errare humanum est, in errore perseverare Diabolicum est.

77. Vocativi ornatus vel affectus causa in oratione præponuntur. *Petre dormis?*
78. Utimur primâ & secundâ personâ, omissis pronominibus, *Dum spiro, spero.*
79. Utimur quandoque tertiâ personâ, omissis pronominibus. *Ajunt. dicunt &c.*
80. Nomen multitudinis singulare assumit verbum vel Adjectivum plurale. *Turba ruunt. Ovid. Uterque sumus lesi. Ovid.*
81. Duo vel plures Nominativi singulares postulant verbum plurale. *Furor iraq; mentem præcipitant. Sæpè verbo singulari contenti sunt, Cic. egis pater & filius, ut tibi responderem.*
82. Adverbia adduntur Verbis, Participiis, Nominibus, & aliis Adverbiis (ad explicandas actionum aut passionum circumstantias. *Psal. 1. Impii sunt tanquam gluma.*
83. Conjunctio aut similes casus & tempora conjungit; aut orationem orationi annectit. *Aug. preces & lacrymæ sunt arma Ecclesie.*
84. Ut, ne, quo, quin, conjunctivum assciscunt.
85. NB. Si præsens vel futurum precedat præsens Conjunctivi sequitur; Sin præteritum præcesserit, Imperfectum conjunctivi sequitur.
86. Post verba Timendi, UT significat negativè, NE affirmativè.
87. QVIN ponitur, quando præcessit: *non est dubium, non dubito, parum abest, nihil abest, intermittere non possum.*

88. Sin ponitur, ubi si praecesserit.

Nota h. l. Polysyndeton & Asyndeton.

89. Polysyndeton est Conjunctionum redundantia
Nox & amor vinumque.

90. Asyndeton est Conjunctionum defectus, Cas. veni,
vidi, vici.

De Syntaxi Rectionis.

91. Syntaxis Rectionis est, quando vox una regit alteram
certo sine flectionis.

92. Rectio est quintuplex 1. Simplex 2. Promiscua 3. Ge-
minata 4. Subintellectas. Infinitivorum.

I. De Rectione Simplici.

93. Rectio simplex est, quando vox unicum tantum flectionis finem recipit.

Rectio Nominativi.

94. Sum, fio, forem, evado, existo, maneo & nascor
habent ante & post se Nominativum Homo
est bulla

95. Nominandae formulae, vel in Nominativo, vel in Ge-
nitivo, vel in Dativo occurrunt. Est mihi nomen
Pomponius, I, O.

96. Verba passiva nuncupandi, existimandi & cogno-
scendi, utrinq; Nominativum admittunt Ego
vocor Johannes.

97. Verba finita recipiunt aliquando post se Nomi-
nativum, qui statum aut gestum aliquem rei
significat, Plaut. dormit securus.

Rectio Genitivi.

98. Substantivum unum regit aliud in Genitivo.
Initium sapientiae, timor Domini. Epistola Pauli,
Liber ejus. Mater illorum.

* Sub-

* Substantivum, Proprium, vel Pronomen Primitivum absolute pro Substantivo positum.

99. Adjectiva Neutra substantivè posita Genitivos affiscunt. *Dimidium facti.*

100. Pronomina Neutra substantivè posita Genitivos affiscunt. *Id temporis, aliquid monstri.*

101. Pronominibus Possessivis, *meus, tuus, suus, noster, vester,* adduntur interdum Genitivi nominum, pronominum aut participiorum *Liv. meum solius peccatum.*

102. Nomina partitiva & collectiva, *alter, alius, solus, nullus, nemo, plerique, quis? qui? uter? quotus? &c.* Genitivos plurales affiscunt. *Plin. Nemo mortalium.*

103. Numeralia, Cardinalia & Ordinalia, item Pronomina affiscunt Genitivos plurales. *Unus illorum. Primus horum.*

104. Comparativi & Superlativi partitivè accepti affiscunt Genitivos plurales. (vel collectivi Nominis singulares) *Horat. Major juvenum, Fortissimus omnium.*

105. Adverbia superlativi gradus affiscunt Genitivos plurales: *Pulcerrimè omnium.*

106. Adjectiva quæ desiderium, curam, notitiam, memoriam, metum, laudem, aut contra significant, Genitivos affiscunt.

ut

Liv. Anxius glorie, Hor, Integer vite.

107. Summ

107. Sum fio, forem, habent post se Genitivum, quando possessionem aut proprietatem significant, ad interrogationem cuius? *Ues? cuius est liber? patris, Excipe meus, tuus suus, noster, vester cujas.*
108. Adjectiva verbalia in AX affiscunt Genitivos. *Ovid. Tempus edax rerum.*
109. Participia cum fiunt Nomina affiscunt Genitivos. *Sil. Sitiens fama.*
110. Adverbia loci & temporis affiscunt Genitivos. *Cic. ubiq, terrarum.*
111. Instar, ergò, causa, gratia, affiscunt Genitivos. *Virg. Illius ergò venimus.*
112. Sat, satis, abundè, affatim, parum, partim affiscunt Genitivum. *Cic. Testium sat est.*
- Rectio Dativi.
113. Quælibet vox habet post se Dativum ad interrogationem per Cui? *Uem? Do tibi librum, mihi benè est.*
- Exceptio *Jubeo, juvo, sequor, imitor, decet habent post se Accusativum.*
114. Propior, & proximus, item, Adverbia propè & proximè habent post se quandoque Accusativum. *Salust. propè montem.*
115. Væ interjectio habet post se solum Dativum.
- Rectio Accusativi.
116. Verba activa, Neutra & Deponentia, habent post se Accusativum, ad interrogationem per *Quem? quam? quid? Amo Deum.*
117. Accusativus præcedit infinitivum, perindè ut Nominativus verbum finitum, ut *sentio te esse*

- tristem*. Accusativus exponi potest per Nominativum & Coniunctivum adjecta particula *Quod* vel *Ut*. *Sentio, quod sis tristis.*
118. Casus sequens Infinitivum *esse, fieri &c.* convenit cum proximo casu præcedente. *Tu cupis dici strenuus.*
119. Præpositio *Ad* (*apud, antè &c.*) Semper recipit Accusativum.
120. *Eheu* Accusativum ferè regit.
- Rectio vocativi.
121. *O* vocandi aut blandiendi vocativum assciscit. *O Deus. O Melibæe.*
122. *Heus & Ohe* Vocativum regunt.
- Rectio Ablativi.
123. Comparativi assciscunt Ablativum, qui exponitur per *quàm, ac, atque.*
124. *Dignus, indignus, fretus præditus, contentus, venalis, turgidus, gravis,* Ablativum assciscunt *Dignus honore.*
125. *Utor, fruor, fungor, potior, vescor, nitor, glorior, vivo, victito, gaudeo,* ablativum assciscunt. *Utor vinò, vescor caseò.*
126. *Utor, fruor, fungor potior, vescor,* assciscunt aliquando Accusativum.
127. Numeralia Ordinalia (*primus &c.*) assciscunt Ablativum cum Præpositione *A* vel *Ab*. *Secundus à rege.*
128. Præpositio *A* (*ab, absq; &c.*) semper recipit Ablativum.
129. Hæc Adverbia, *antè, post, secus, aliter,* postponuntur sæpè Ablativis. *Paulo secus.*

130. Verba passiva habent post se Ablativum cum Præpositione, A vel Ab. *Hor. Laudatur ab his, culpatur ab illis.*
131. Verba Neutra & Deponentia passivè significantia, habent post se Ablativum cum Præpositione A vel Ab, *Vapulat à magistro. Moritur ab ense. Calescit ab igne.*
132. Adverbia comparativi gradus assciscunt Ablativos. *Ut: melius te canit.*
133. Verba quæ copiam aut inopiam significant Ablativum assciscunt. *Sen. Nulla dies mœrore caret. Cervus felle vacat.*
134. Egeo & indigeo etiam Genitivum admittunt.

II. De Rectione Promiscua.

135. Rectio promiscua est, quando vox ex pluribus casibus indifferenter modò hunc, modò illum recipit.
136. Adjectiva quæ copiam aut inopiam significant, modò Genitivum modò Ablativum recipiunt: *Virg. Dives pecoris. Dives agris.*
137. Substantivum sæpè assciscit Genitivum vel Ablativum, cum formam aut qualitatem alicujus describimus. *Puer bonæ indolis. Puer bona indole, Vir maximi animi.*
138. Sum assciscit Genitivum vel Ablativum, cum formam aut qualitatem alicujus describimus. *Cicero erat tenuissimæ valetudinis, Cicero erat tenuissima valetudine.*
In quibusdam tamen Ablativus in quibusdam Genitivus usitator est.
139. Opus von nöthen / assciscit Dativum persone

- næ, Nominativum vel Ablativum rei. Cicer. Dux & autor nobis opus est. Consilio tuo mihi opus est.
140. Verba memoriae & oblivionis assciscunt Genitivum, vel Accusativum (vel Ablativum cum præpositione De). Recordor hujus rei, hanc rem, & de hac re.
141. Verba accusandi, damnandi, & absolvendi assciscunt Genitivum vel Ablativum. Cic. Condemnare capitis. Suet. Condemnare capite.
142. Verba aestimandi assciscunt Genitivum, raro Ablativum. Cic. Magni aestimabat pecuniam. Sen. Data magno aestimas, accepta parvo.
143. Verba, quæ eufam aut perturbationem animi significant, assciscunt Genitivos vel Ablativos. Ter. angor animi. Cic. angor animo. Liv. Territus animi.
144. Satago, miseresco, & misereor, tantum Genitivum assciscunt. Ter. Is suarum rerum satagit. Virg. Nil nostri misereere. Misereor, aris, Accusativum tantum assciscit.
145. Verba composita cum Præpositione sæpè retinent casum Præpositionis: Interdum ipsam Præpositionem repetunt. Ut: Adeo patrem, prætereo villam. Suet. pedem portâ non extulit. Ter. accedo ad pedissequas.
146. Verba prohibendi, auferendi, abstinendi, accipiendi, & distandi, assciscunt Ablativum cum præpositione A vel Ab. Cic. Abstulit à me pecuniam. Quedam etiam sine præpositione construuntur.

147. *Interdico* affiscit *Dativum* personæ, *Accusativum* vel *Ablativum* rei.
148. *In*, *Sub*, *Super* & *Subter* affiscunt *Accusativum* ad Interrogationem per *QVO?* *Whin?* *Quò abis?* *Eo in templum.*
149. *In*, *Sub*, *Super* & *Subter* affiscunt *Ablativum* ad Interrogationem per *Ubi?* *Wo?* *Ubi es?* *In Museo, In templo.*
150. *Pridiè* & *postridiè* affiscunt *Genitivum* vel *Accusativum*.
151. *En* & *Ecce* affiscunt *Nominativum* vel *Accusativum*.
152. *Procul* & *clam* affiscunt modo *Accusativum*, modo *Vocativum*.
153. *O* particula exclamandi recipit *Nominativum*, *Accusativum* & *Vocativum*.
154. *Proh*, *Ah* & *Vah* recipiunt modo *Accusativum*, modo *Vocativum*.
155. *Hem* & *Heu* *Accusativum* & *Vocativum* regunt.

III. *Rectio Geminata.*

Rectio geminata est, quando vox plures Rectionis fines simul recipit.

156. Verbo *EST* in habendi significatione cum *Dativo* utimur. *Est mihi liber.*
157. Quædam verba affiscunt duos *Dativos*, unum personæ, alterum rei. *Cicer. magno malo est hominibus avaritia.*
* *Sum, duco, verto, tribuo, habeo.*
158. Quædam verba *Activa* affiscunt duos *Accusativos*, unum personæ, alterum rei.
Doceo te literas, celo te culpam.

159. *Ver-*

159. Verba mercandi, præter Accusativum rei affci-
scunt Ablativum pretii. *Ter. Spem pretio non
emo. Vendidit auro patriam.*
* *emo, comparo, vendo, taxo, &c.*
160. Constat recipit Dativum personæ, Ablativum pre-
tiii.
161. *Quanti, tanti, pluris, minoris cum verbis emendi,
Genitivo casu ponuntur.*
*Juv: Magis illa juvant, quæ pluris emun-
tur.*
162. *Est, Es stehet zu/ interest & refert affciscunt Ge-
nitivum personæ, Infinitivum vel Conjuncti-
vum rei. Ut Suet. Boni pastoris est tondere pecus
non deglubere.*
163. *Exc. Pronomina possessiva meus, tuus, suus, no-
ster, vester, ponuntur cum verbis interest & re-
fert Ablativo casu, Genere fœminino. Mea inter
est &c.*
164. *Pronomina possessiva, meus, &c. ponuntur cum
verbo EST genere Neutro, casu Nominativo.
Tuum est, Es stehet dir zu. Nostrum est.
&c.*
165. *Decet, delectat, juvat, oportet, affciscunt Accu-
sativum personæ, Infinitivum rei. Mendacem
oportet esse memorem*
166. *Pœnitet, piget, pudet, tædet, miseret, & misere-
scit, affciscunt Accusativum personæ, Geniti-
vum vel Infinitivum rei.*
Pœnitet me facti. Pœnitet me id fecisse.

IV. *Rectio Subintellecta.*

167. *Rectio subintellecta est, in qua alius regens quam expressus mente saltem concipi potest.*

168. *Quæ mensuram aut spacium significant, recipiunt Accusativum, raro Ablativum. Plin. Causalis palmam altus.*

Quando queritur: Wie weit / Wie fern / Wie hoch / Wie breit / lang / tieff / dick?

169. *Interrogatio per quamdiu? Wie lang? requirit Nomen temporis in Accusativo, raro Ablativo. Quam diu hic fuisti? Biduum vel biduo.*

170. *Interrogatio per quando? Wenn? requirit nomen temporis in Ablativo.*

Quando hinc venisti? hinc septimana.

171. *Duo Ablativi consequentiam designantes absolute junguntur; & exponi possunt per cum, dum, postquam, &c. Finito prandio deambulamus. Te judice. Me conscio.*

172. *Adjectiva (verba passiva & Neutra) affiscunt non raro Accusativum, qui exponitur per particulam QVOAD. Was anlanget. Ut: Æthiops est albus dentes. h. e. quoad dentes. Daleo caput. h. e. quoad caput. Expleri mentem nequit. h. e. quoad mentem.*

173. *Pleraque Adjectiva & Verba affiscunt Ablativum, quando significatur causa, instrumentum, modus, pars vel similis circumstantia. Lassus curâ, fessus cursu. Scripsi hoc manu meâ.*

h. e. Quando queritur. Womit / Warum / Wie!

Wie/ Woran/ Wovon/ Wodurch/ Woraus &c.

174. Ablativo utimur in citandis Autoribus. *Paulus ad Romanos capite primo.*
175. Nomina urbium I. vel. II. Declinationis ponuntur in Genitivo ad interrogationem per *Ubi? Wo? Ubi habitat? Lipsia, Dantisci.*
176. Nomina urbium III. Declinationis & pluralia tantum ponuntur in Ablativo ad interrogationem per *Ubi Wo? Ubi fuisti? Carthagine, Athenis, Parisiis.*
177. Nomina urbium ponuntur in Accusativo ad interrogationem per *Quo? Wohin? Quo ibis? Lipsiam, Athenas, Dantiscum.*
178. Nomina urbium ponuntur in Ablativo ad interrogationem per *Unde? Woher? Qua? Wodurch? Unde venis? Lipsiâ, Dantiscô, Ventiis, Quae ibis? Wuttebergâ, Parisiis.*
179. Urbium nomina imitantur, *Domus, rus humus, belli & militiae.*

Sum domi, eo domum, venio domo.

Sum ruri, eo rus, redeo rure.

Facet humi, tollitur humo.

Ter. Vna semper militia & domi sumus.

V. Rectio Infinitivorum.

180. Rectio infinitivorum est, quando rectionis finis est Infinitivi modi.

181. Quando duo verba absque conjunctione concurrunt, alterum ponitur in Infinitivo.
182. Infinitivus potest exponi per particulam, *Quod* vel *Ut*. *Cupio te videre. h. e. ut videam.*
183. Discrimen inter *Quod* & *Ut*. *Ut* ponitur.
1. Post has voces, *tam*, *tantus*, *talis*, *tot*, *adeo*, *ita*, *sic*, &c.
 2. Post verba rogandi, petendi, & iubendi.
 3. Post verba, *facio*, *efficio*, *fio*, *volo*, *curo*, *laboro*, *timeo*, *metuo*, *vereor* &c.
 4. Quando causa finalis significatur, *Uuff* *Daß*.
Alias ponitur QVOD & significat Quia.
Ad Infinitivum pertinent Gerundia & Supina.
184. Gerundia ante se construuntur more Substantivorum; Post se Casus verborum suorum recipiunt.
185. Gerundia in DUM Nominativi casus, necessitatem significant, & vel Dativum personæ juxta se habent, vel casum omninò nullum. *Vigilandum est nobis. Nunc bibendum est.*
186. Gerundia in DI Genitivi Casus adduntur Nominibus, facultatem aut voluntatem significantibus. *Animus occidendi.*
187. Gerundia in DO Dativi casus adduntur Nominibus aut verbis in significatione Cui? *Aptus discendo.*

188. Gerun-

188. Gerundia in DUM *Accusativi casus* præpositione annectuntur Nominibus & Verbis. *Aptus ad discendum. Inter agendum.*
189. Gerundia in DO *Ablativi casus*, sequuntur Nomen aut Verbum, vel cum præpositione, vel sine præpositione: *Pub. M. In iudicando criminosa est celeritas. Cic. Mens hominis discend alitur & cogitando.*
190. Supina priora asciscunt casum verbi sui, & junguntur cum verbis significantibus motum ad locum. *Eo emtum panes.*
191. Supina priora ponuntur sæpè sine casu. *Spectatum veniunt. Ovid.*
192. Supina posteriora ponuntur cum verbis significantibus motum de loco. *Cato. Paterfamilias primus cubitu surgat, postremus cubuum eat. Pl. Obsonatu redeo.*
193. Posteriora Supina construuntur frequenter cum Adjectivis, facultatem aut motum aliquem rei significantibus. *Ovid. Turpe dictu.*

De Participiis.

194. Participia, Gerundia & Supina imitantur verborum suorum constructionem. *Legens Virgilium. Pœnitens facti. Legendus à Virgilio. Egens ere. Ovid. Utendum est erate. Eo emtum panes.*

Appendix.

195. Dux negationes apud Latinos affirmant. *Nons nescio. h. e. Scio.*
Pœnitet me facti. Pœnitet me id fecisse.

196. Derivativum sequitur constructionem sui Primitivi.

197. Imperfonalia passiva casus verbi personali^s recipiunt; ut: *Itur Athenas. Mihi hic nescitur, nec metitur. Excipe Accusativum Activa vocis.*

198. Interrogativa quando non interrogant, asciunt Coniunctivum ut: *Nescio quis hoc fecerit. Vide quid agas.*

199. Interrogativa quando verè interrogant, asciunt: Indicativum, rarò Coniunctivum: ut: *Quid agis? Unde venis? Quid agam? Cur ego id curem?*

200. Pronomen Sui & Suus usurpatur in formulis Germanicis: *Sich / sich selbst / sein selbst eigen. ut: vita sua Sein (eigen) Leben. Vita eius Sein (eines anders) leben. Helvic.*



DE FIGURIS GRAMMATICIS.

Figurae Grammaticae sunt duplices: Etymologicae & Syntacticae.

Figurae Etymologicae sunt:

I. Prosthesis: (*appositio, Zusehung.*) Est additio literae

literæ vel syllabæ in principio dictionis; ut
Gnatus, pro, Natus.

II. Aphæresis. (*ablatio, Wegnehmung.*) Est ablatio literæ vel syllabæ in principio dictionis; ut *Temnere pro contemnere.*

III. Epenthesis. (*interpositio, Zwischensetzung.*) Est interpositio literæ vel Syllabæ in medio dictionis; ut: *Sict pro Sit. Navita pro Nauta.*

IV. Diplasiasmus. (*geminatio, Duppelung.*) Est geminatio literæ alicujus in medio dictionis; ut: *Relligio, pro Religio.*

V. Paragoge (*productio, Verlängerung.*) Est additio literæ vel syllabæ in fine dictionis ut: *Dicier, pro dici.*

VI. Syncope, (*concisio, Heraus-schneidung.*) Est ablatio literæ vel syllabæ in medio dictionis, ut *Dixti pro dixisti.*

VII. Apocope. (*abscisio, Abschneidung.*) Est ablatio literæ vel syllabæ in fine dictionis; *Dic pro dice. Tun pro Tune.*

*Syncope & Apocope sæpe concurrunt; ut: *Vin pro Visne.*

VIII. Synæresis. (*contractio, Zusammenziehung.*) Est contractio duarum syllabarum in unam; ut: *Negot I pro Negotii.*

IX. Diæresis. (*divisio Zertheilung*) Est distractio unius Syllabæ in duas; ut: *Saluo pro Salvo. Aquai pro Aqua.*

X. Metathesis (*transpositio, Versetzung.*) Est transpositio literarum; ut: *I præ, pro præi.*

XI. Tmesis. (*dissectio, Zerschneidung.*) Est dissectio vocis compositæ; ut: *Que me cunque vocant. pro Quæcunque.*

* Euphonia (*Wohlklang.*) Est quando propter meliorem sonum literæ inter se permutantur; ut *Appareo pro adpareo, Afficio, pro adfacio, Asspicio pro adspecio, Consecro, pro consacro. &c.*

XII. Elongatio. (*extensio Ausdehnung.*) Est productio syllabæ naturæ brevis; ut *Priamides--uu--pro Priamides.*

XIII. Syncope. (*Contractio, Verkürzung.*) Est correptio syllabæ naturæ longæ; ut: *Steterunt pro steterunt.*

XIV. Synizesis. (*confidentia, Zusammensetzung.*) Est confusio duarum syllabarum in unam; *Deerant, Alveo.*

XV. Antimeria. (*partis pro parte positio.*) Est cum vox (pars orationis) una pro alterâ parte ponitur.

* *b. e. quando Nomen ponitur pro Pronomine,*

mine, Verbo, Participio, Adverbio. Conjunctione, Interjectione, aut contra v. g. Scire tuum, pro, Scientia tua: Agnosco libens, pro libenter, &c.

XVI. Enallage. (permutatio, Veränderung.) est, cum Accidentia vocum inter se permittantur.

* h. e. Quando ponitur 1. Nomen proprium pro Substantivo aut Adjectivo, Cræsus, pro dives, Tullius ore, pro eloquens.

2. Substantivum pro proprio aut Adjectivo. Poëta pro Virgilius, Scelus pro Scelestus, &c.

3. Genus pro genere. 4. Numerus pro Numero. 5. Casus pro casu. 6. Gradus pro gradu. 7. Declinatio pro declinatione. 8. Verbum Activum pro Passivo, &c. 9. Modus pro Modo. 10. Tempus pro tempore. 11. Persona pro persona. 12. Vox derivata pro primitiva; Simplex pro composita, &c.

Figuræ Syntacticæ sunt.

XVII. Ellipsis. (Defectus, Mangel.) Est quando aliquid eleganter omissum est, ut paucis te volo (alloqui.)

XVIII. Pleonasmus (abundantia, Überfluß.)
Est

Est, quando aliquid eleganter abundat, ut:
Sic (ore) locuta est.

XIX. Hypallage. (*Subalteratio, Versetzung.*)

Est inversus ordo constructionis; ut:

*Maxima sepe ira parit levissimam causam,
 pro, Levissima causa sepe parit maximam
 iram.*

XX. Anastrophe. (*inversio; Umkehrung.*) Est

quando Præpositio suo Casui postponitur; ut:
Italiam contra.

* * *

De Hellenismo & Archaismo.

Hellenismus (*Gracismus.*) est duplex.

I. Etymologicus. Cum nomina Latina Græcorum more flectuntur; ut *Auras pro Aure.*
Pallada pro Palladem.

II. Syntacticus. Cum Voces Græcorum more construuntur, ut: *Nigra lanarum, pro lane.*
Indignus honorum, pro honoribus.
Tempus dicere, pro dicendi &c.

Archaismus (*Vetustatis imitatio*) etiam duplex est.

I. Etymologicus. Cum Autores dictiones exoletas (aut formationes earum exoletas) pro usitatis ponunt. ut: *Terrai, pro Tis, Mis, pro Mei, Tui.*

II. Syn-

Ind. Praes.

S. o. as. at

pl. amur, atis, ant
imperf

S. bam, bas, bat

pl. bamur, batis, bant

perf

S. i. isti, it

pl. imur, istis, erunt

plurq.

S. eram, eras, erat

pl. eramur, eratis, erant

fut.

S. bo, bis, bit

pl. bimus, bibis, bent

Conjunct. praes.

em, es, et
emur, etis, ent

rem, res, ret

remur, retis, rent

et

Porta patens esto,
nulli, claudatur
honesto.

507 ³/₈




Grundriss des Kopfes mit dem
Cobner weisse Leder
zu 3/4 / 1/2 Zoll dick

ULB Halle 3
006 633 315



107





3
78



Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow








Red

Magenta

White

3/Color

Black



hter und

3

onat/

COM-

TICO der

m gemacht /

get

ELIUM,

h. &

ector, Sax.



ILFART, BIBL.

VII.

